



The Holy See

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM CONSTITUTIO APOSTOLICA **BAGDOGRANA*** NOVA DIOECESIS
CONSTITUITUR IN INDIA,

BAGDOGRANA APPELLANDA Cunctae catholicae Ecclesiae cum praesideamus, summam curam ponimus in Evangelii salute quam latissime diffundenda, ut eiusdem beneficia et monita omnes gentes contingent cunctasque regiones. Idcirco Nos res disponere properamus ut hoc facilius commodiusque eveniat. De consilio igitur Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quorum interest audita consentanea sententia, haec statuimus et decernimus. Novam dioecesim condimus *Bagdogram* appellandam, quae partem meridianam subdistrictus quem vocant « Siliguri », a dioecesi Darjeelingensi seiungendam, complectetur. Hanc dioecesim Metropolitanae Ecclesiae Calcuttensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Episcopalem porro sedem in urbe ponimus, quae "Bagogra" vocatur, et ibidem templum Bono Pastori dicatum ad statum Cathedralis Ecclesiae attollimus. Cetera secundum leges canonicas temperentur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Georgium Zur, Archiepiscopum titulo Sestensem atque in India Apostolicum Pronuntium, legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad finem perducta, documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime obstantibus quibuslibet. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nonagesimo septimo, Pontificatus Nostri undevicesimo.*

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

JOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Tharsicius Nardi, *Protonot. Apost. s.n.*

*A.A.S., vol. LXXXIX (1997), n. 12, pp. 817-818

© Copyright 1997 - Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana